

## Horatius. Epod. 7

Testo base di riferimento: F. Klingner (1959)

Cura dell'edizione digitale: G. C. Musa (2009)

Trad. it.: M. Ramous

<p><i>Quo, quo scelesti ruitis? aut cur <a href="#">dexteris</a> Aptantur enses conditi? Parumne campis atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis, Non ut superbas inuidae Karthaginis Romanus arces ureret Intactus aut Britannus ut descenderet Sacra catenatus uia, Sed ut secundum uota Parthorum sua Urbs haec periret dextera? Neque hic lupis mos nec fuit leonibus <a href="#">Vmqum</a> nisi in dispar feris. Furorne <a href="#">caecus</a> an rapit uis acrior An culpa? responsum date. Tacent et albus ora pallor inficit Mentesque percussae stupent. Sic est: acerba fata Romanos agunt Scelusque fraternae necis, Vt inmerentis fluxit in terram Remi Sacer nepotibus cruor.</i></p>	<p>Dove, dove vi gettate voi, scellerati? perché impugnatte le spade in disarmo? Forse non si è sparso sulla terra e sul mare sangue latino a sufficienza? e non perché i romani incendiassero in guerra le rocche altere di Cartagine o gli indomiti britanni in catene scendessero per la Via Sacra, ma perché, come sperano i parti, perisse questa città di propria mano? Non è costume questo di lupi o leoni, feroci solo coi diversi. Follia cieca vi travolge? forza invincibile o colpa? Rispondete. Tacciono, e un pallore scolora il loro volto, la mente attonita, sgomenta. Certo: un fato atroce perseguita i romani, l'infamia di aver ucciso un fratello, quando, a maledizione dei nipoti, il sangue di Remo bagnò innocente la terra.</p>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------